

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5166

Auteur(s) : Lucius III [pape]

Bénéficiaire(s) : La Vieille-Lyre, Notre-Dame de Lyre (abbaye)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : [1182, 25 avril-1183, 25 avril]

Lieu d'émission : Velletri

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Lucius [III] confirme à l'abbé et aux moines de Lyre, d'après les chartes des évêques de Hereford et de Worcester, les églises sises dans ces diocèses et données à ladite abbaye, ainsi que l'accord conclu entre ladite abbaye et le prieuré de Wimborne sur les dîmes des églises qui appartiennent au comte de Leicester.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 221, p. 320-321.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2^eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 14762, t. 2, p. 447-448.

Dissertation critique

Le 25 avril 1182-1183 : datation proposée par J. Ramackers.

Texte établi d'après a

LVCIVS episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis abbati et monachis Lirensibus salutem et apostolicam benedictionem. Ex litteris uenerabilium fratrum nostrorum Herefordensis et Wigorniensis episcoporum nobis innotuit, quod monasterii uestri mediocritate pensata diuine retributionis intuitu predictus Herefordensis ecclesiam de Thedeham, ecclesiam de Lindeneia, ecclesiam de Linton(a), ecclesiam de Merkelat, ecclesiam de Hoppa, ecclesiam de Fonte Daud, ecclesiam de Orleslen(o), ecclesiam de Thametesb(er)i, ecclesiam de Wilton(a) et prefatus Wigorniensis ecclesiam de Feccheham, ecclesiam de Hanleia et ecclesiam de Cheddewid(a) in episcopatus eorum ad uos pertinentes uobis, sicut scripti sui munimine confirmarunt, ita quidem ut pro susceptione hospitem et aliis operibus caritatis duas partes omnium decimarum, oblationum et omnium aliorum prouentuum ad iamdictas ecclesias siue ad altare aut ad cimiterium pertinentium, reseruata uicariis tercia portione, perpetuo debeatis de ipsorum episcoporum concessionem tenere. Volentes itaque uobis et monasterio uestro pastoralis sollicitudine prouidere, ne contra concessionem episcoporum ipsorum super his possitis in posterum fatigari, concessionem eorundem episcoporum uobis super his canonice factam, sicut in eorum scriptis autenticis continetur,

ratam habemus eamque auctoritate apostolica confirmantes presentis scripti patrocinio communimus. Ad hec, sicut ex scripto prefati Herfordensis accepimus, cum iam pridem inter uos et ecclesiam de Winb(erna) super decimis quarundam uillarum ad Leicestrensem comitem pertinentium controuersia mota fuisset, tandem eodem Herfordensi et bone memorie R(ogero) quondam Wigorniensi episcopo ad hoc operam adhibentibus uenerabilis frater noster I. Cumin nunc Dublinensis archiepiscopus, qui super hoc partem ecclesie procurabat, de assensu delegatorum iudicum decimas ipsas monasterio uestro concessit perpetuo possidendas. Quas utique, sicut eas canonicè ac pacifice possidetis, ad exemplar felicitatis memorie Alexandri pape predecessoris nostri uobis et monasterio uestro nihilominus confirmamus. Statuentes, ut nulli etc. Si quis autem etc. Dat. Velletr. VII kal. maii.